

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Compassio e
cum fonte primo

Sic mens per compassionem doleat
ut etiam larga manus affectum doloris ostendat.

Gregorius in omelia.

Capillis ergo pedes Domini tergimus,
quando sanctis eius,
quibus ex caritate compatimur,
etiam ex his quae nobis superfluunt miseremur,
quatenus
sic mens per compassionem doleat,
ut etiam larga manus affectum doloris ostendat.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*,
2.33.5 (CCSL 141, R. Étaix ed., pp.292-3,
ll.127-131).